Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

petria addisti omnes qui aliud quam te quesierunt tamquam ultimum finem

Fugiant alii quidquid volunt divitias potencias et honores et terrena seculi bona Michi autem adherere deo bonum est vera fide et operum probitate quibus bonum michi ut deum eligam in quo omnium bonorum plenitudinem possideam et ponam in domino deo spem meam quia michi pro esse beatus quem illi omnia committere qui novit suis auctoribus congrue futura prestare

Interim autem hoc erit officium meum Et annuntiem omnes iudicaciones tuas que debent ad veram fidem pertinendam annuntiari fidelibus tuis et istam viam et utilitatem eorum in auribus filiorum etiam

Psalmus LXXIII in quo monet ut relictis figuris veritas teneatur et contemptis transitoria eterna querantur

Propheta admirans et conquerens de captivitate populi israhel ait

Et quid o deus qui cum creator mundi repulisti qui alienos a defensione tua ex toto et iratus est furor tuus super oves pascue tue. Recordare populum israhelitica quem pauisti manna in deserto per quadraginta annos usque quo introduceres eum in terram lac et mel fluentem

Memor esto congregacionis tue populi scilicet israhelitici quem congregasti in egipto et elegisti in populum peculiarem quem possedisti a tempore patriarcharum qui fuerunt maiorum populi

Memor esse debes eius o deus quia olim Redemisti et liberasti de pharaonis servitute populum iudaicum qui fuit hereditas tua quamdiu tibi puro animo seruiebat que virga dicitur propter moysen famulum tuum cui iussisti per virgam mirabilia facere ut divina virtute iudei roborati ex tra